

# OBSERVA

TIONVM LEGA-

lium Libri Decem, Marco  
Mantua Bonaiuto, Pa-  
tauino Iuriconsf.  
authore.



*Inserta his etiam, breui Centuria de locis topicis,  
utili eisdem admodum, & necessaria.*



LUGDVNI, M. D. XLVI.

IOANNES MARIUS

Claudius, & Scipio Claudius,  
fratres, Illustriss. Hadrien-  
sium Duci, Ioan. An-  
tonio Aquiuuo  
Aragoneo  
S. P. D.



**E**TSI à maioribus nostris, qui  
desiderium discendi, solam vi-  
uendi rationem optimam esse  
voluerunt, multa diuinitus  
inuenta, atque instituta sunt: ta-  
men nihil præclarius, quam vt ij, qui in scien-  
tiarum studijs elaborauerint, nouumq; ali-  
quod opus, ad communem hominum utilita-  
tem, ædere velint, alicui clariss. & summæ au-  
thoritatis, viro dicarent: non solum, vt eius  
nomine, & præsidio, ab inuidorum obtrecta-  
tionibus defenderetur, sed vt daretur occasio  
studiosis omnibus, agendi, & referendi gra-  
tias illis Principibus, ac maximis viris, quo-  
rum beneficio & liberalitate, se totos ad stu-  
dia doctrinæ contulerunt, spretis pecuniæ  
augendæ rationibus. Quamobrem cum Mar-  
cus Mantua clariss. huius ætatis Iuriscōs. suum  
opusculum decē librorum Observationū le-  
galium (sic enim inscripsit) quod singulari do-  
ctrina, summo ingenio, prudentiaq; compo-  
suit,

OBSERVATIO PRIMA

# MARCI MAN

TVAE BONAVITI,

Patauini Iurisc. publicicq; ma-  
tutini interpretis Obser-  
uationum, Liber  
Primus.

OBSERVATIO PRIMA.

De Abstracto, & Concreto.



QVONIAM Abstracti. & Con-  
creti, frequens est in iure specula-  
tio, scias uelim lector optime, ualde  
differre: patet, quia inde uidemus  
quòd ius in abstracto, semper ea-  
quum, ac bonum est: in concreto ue-  
rò non, imò quòd plerunq; equita-  
ti etiam repugnat. l. j. & ibi Salic. in ij. col. C. de sacrosanct.  
eccl. Item iustitia primo modo est, ut diffinitur Instit. de ius-  
sti. & iur. in prin. constans, & perpetua uoluntas, ius suum  
unicuiq; tribuens. Secundo autem non. Rursum in actione  
dubitatur, uigente inter testatorem & heredem, an factò  
inuentario duret: & deciditur breuiter, quòd sic, si in se ac  
in abstracto consideretur, non si in cōcreto, prout est apta  
agere, & hoc quia apta detrahere, adhuc duraret. l. fina. §.  
in computatione. C. de iure deliberan. l. in imponenda. C. ad  
legem Falcid. tradit Bald. in l. irritum. C. eod. qui ad idem

4 4 quoq;



Ioan. Andr. in c. sanè. de conuer. coniu. & Barba. in tracta. de prestan. car. in viij. q. princ. quodq; gaudeant etiam priuilegio militari, ut possint, & post, aditam quidem hereditatem, maiori substituere: eritq; extensio ad l. centurio, cum not. ibidem. ff. de mil. test. Tamen dubium facit, quia non est in Cardinalibus simplicitas, quae fuit causa aliàs huiusce concessionis in milite, secundum Ias. & bene in rub. de uulga. & pup. sub. in ulti. colum. Et ex his cum tractatu, tum huic primo Tomo, librorum decem, finem facio:

polliceorq; tibi lector alios post hac, si

tamen istum in praesentiarum tibi

rursum non ingratum fuis-

se cognouero. Die xij.

Augusti. M. D.

XLV. Pata

uij.

MANTVA.

LVGDVNI EXCV.

debat Ioannes Pullonus.

2 5 4 6.

# MARCI MAN

TVAE, BONAVITI, PATA  
 uini, Iuricons. publicicq; interpretis, Isa-  
 gogicus perquam breuis modus, ad  
 tollendos ferè quoscunq;, licet  
 inexplicabiles, argumen-  
 torum nodos, ad stu-  
 dioforum omni-  
 um utilita-  
 tem.

\*



ET SI in proemio Digesto-  
 rum, in princi. & in §. quibus. in  
 prima const. Codi. & in §. tollēdis.  
 de lusti. Codicis, confir. & in l. ij. in  
 prim. de uet. iur. enu. eo. lib. omne ius  
 nostrum contrarijs purgatum pe-  
 nitus esse legamus, ita ut non sit  
 amplius quid, in quo probabiliter possit dubitari, nihilomi-  
 nus tot, & tanta signantur in dies, quotidieq; suboriuntur  
 hincinde, ut nō facile explicari prima facie, ne dicam solui,  
 concordariq; inuicem posse uideantur. Idcirco operæpre-  
 tium fore duxi his serijs, quibus à solito interpretandi mu-  
 nere desistendum est, uos formulas quasdam, & locos, siue  
 modos, & uias docere, unde tanquam ex penu, solutiones  
 euestigiò depromatis, in promptuq; omnia habeatis, facili-  
 mumq; uobis erit: quoniam his (ut dicitur in l. ij. in §. con-

s trarium.

ex his, à quibus planè cætera omnia pendent, finem facio: quod etiam pollicitus sum, tum ut persoluam citius quod debeo, tum etiam ut nonnihil studiosis relinquam, in quo huiuscæ rei aditu, sibi, non dicam ostenso, sed patefacto, possint augendo, quod ipsis erit quàm facilimum, in dies ingenium periclitari. Laus Deo, optimo, maximo, Beate Virgini, Prosdocimo, Antonio, & Iustiane, protectoribus nostris, & huiuscæ urbis amplissimæ, atq; ornatissimæ. Die prima Augusti

M. D. XLIII. Pa-

due, Mantua

scribe-

bat.

**L V G D V N I,**

**Excudebat Ioannes Pullo-**

**nus, aliàs de Trin,**

**2 5 4 6.**